

animae peruagatur facultates, moresque hominum deprauat, virium naturalium in spiritualibus imbecillitas euidentissime potuit demonstrari; quae profecto parum, vel nihil potius, ad emendandum statum hominis moralem corruptum confert. Cuius ergo emendationem gratiae concedendam esse vnice, ALTERO euincitur CAPITE. Rationem huius emendationis; quousque illa hac in vita procedat; nec non impedimenta, quae ipsi solent obiici a carnis, mundi, et diaboli, hostium scilicet spiritualium, tentationibus; vna cum armis, quibus contra illos pugnandum; caput hoc solide exponit. Vt autem nihil desideretur, quod ad vberiore de sanctitate christiana facere posset notitiam: tum sanctitatis huius causas; tum perfectionem, christiano in se necessariam, quippe hac in vita possibilem; tum species potiores; tum gradus; tum praestantiam; tum impedimenta, eorum-

b 3

que